

Giorgio Cesarini²⁾ an NvK. Durch Peter (von Erkelenz) habe er alle Neuigkeiten (aus Brixen) erfahren. Dieser werde dem Kardinal auch von den Ereignissen an der Kurie berichten. Peter habe die Aufträge des NvK mangels Unterstützung nicht erfüllen können. Er selbst sei der Ansicht, dass NvK eher für den Archidiakonat (von Brabant) als für die Propstei (von Münstermaifeld) entschädigt werden müsse. Der Eb. von Ragusa (Iacopo Venier) wünsche neben dem Haus des NvK ein Haus zu bauen und habe ihn, Cesarini, gebeten beim Kardinal die Zustimmung hierfür zu erwirken.

Or.: INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 62 f. 157.

R^{me} in Christo pater et domine mi singularissime. Post debitam commendacionem. Per Petrum familiarem vestre r. p. michi satis notum habui litteram³⁾, a quo sum sciscitatus de hiis, que statum eiusdem vestre r. p. concernunt. Recepit ab eo de cunctis notitiam. Doleo, quod ille, qui ultimate hinc portavit litteras illas apostolicas vestre r. p. nondum applicuerit, quando recessit ipse Petrus. Non debuit 5 ille multum tardare applicans ad vestram r. p. post recessum ipsius Petri, qui rediens cuncta, que hic habentur, nova abunde referet vestre r. p., que profecto taliter non sunt, que habeant multum bene pre se ferre. Nescio tandem, quid dicam, nisi quod nostra peccata adhuc non satis sunt expiata neque quando necesse foret illa calamo exprime(re) sciem. Unde recte capere possem exordium ita omnia mista 10 habentur, quibus omnes ignoscunt et nemo succurrit, arbitror nullum salubriorem adhiberi posse 15 modum nisi subventione divina, humana enim subsidia cuncta cessant. Ipse Petrus narravit michi causam sui adventus ad curiam, sed illi, cum quibus agere habebat, non usque quaque observare intendebant, quod fuerant polliciti, quare uti ab ipso sentio revertetur re infecta, quod sine dubio non habenti fundamentum voluntatis vestra r. p. non displicet michi, quoniam meo iudicio magis debet vestra r. p. contentari de suo archidiaconatu Brabantie quam de illa prepositura ob diversas raciones. Dico tamen, quod sentio.

Multis autem viribus pulzatus fui a domino archiepiscopo Rausino⁴⁾, ut aliquid velle scribere vestre r. p. rogando, ut vestra r. p. dignaretur intimare istis suis, qui in curia sunt, ut non velint impedire, quod facere proponit. Cogitavit enim facere unam habitationem in illo spatio iuxta flumen ante domum vestre r. p.⁵⁾ Habuit enim convencionem cum illis, qui dicunt se patronas illorum casalenorum. Vere existimo 20 eum magni animi, quando talia nunc moliri intendit. Valet enim rubrum calcis medium ducatum, tempore Nicolai dabantur quatuor rubra pro uno ducato. Quia ipse dominus archiepiscopus scit Petrum de presenti reversurum ad vestram r. p., instantiorem fecit rogationem, ut scriberem, quia ipse in quadam cedula michi directa significat fortificationes suas, quibus putat non debere ei negari, quin edificare ibi 25 possit. Ideo credidi convenientius esse suam cedulam destinare, qua vestra r. p. intelligat, in quo se fundat, ut valeat, quam ego deberem exprimere meis verbis suum intentum. Hoc tamen dicere valeo cum veritate, quod quando dominus sancti Angelii⁶⁾ habitavit in illa domo, nichil habebat extra ambitum ipsius domus. Nescio, quid dicam, quando vestra r. p. non haberet magnopere animum ad ipsam domum 30 posset ei complacere, ut posset ibidem edificare. Ego bene memini, quando vestra r. p. erat Rome, sepe ad me venisse quandam Dominicum, qui ostendebat michi instrumenta de illis casalenis, que dicebat se emisse a quodam Francischio, qui antea emerat a quodam Paulo de Testis antiquo possessore. Quia promisi me ipsi archiepiscopo gesturum morem in scribendo de re ista vestre r. p., ideo cum securitate presumpsi scribere vestre r. p., quam altissimus feliciter conservare dignetur. Rome xv. januarii.

E. v. r. p.

servitor Georgius de Cesarinis prothonotarius

²⁾ litteram: a.R. eingefügt.

¹⁾ Die Jahresangabe fehlt. Die inhaltliche Nähe zu Nr. 3622 lässt eine Datierung in das Jahr 1454 naheliegend erscheinen. Hiergegen spricht allerdings die Angabe tempore Nicolai in Z. 21, welche auf eine Datierung nach dem Pontifikat Nikolaus' V. († 1455 März 24) hindeuten könnte. — Peter von Erkelenz ist in Brixen zuletzt Ende Oktober 1453 (s.o. Nr. 3705) und dann wieder im April 1454 (s.u. Nr. 3916, 3926) nachgewiesen. Er begleitete NvK auch im April/Mai zum Reichstag nach Regensburg (s.u. Nr. 3963). Eine zwischenzeitliche Romreise würde in das Itinerar passen.

²⁾ S.o. Nr. 3622 Anm. 1.

³⁾ Dieser Brief des Peter von Erkelenz ist unbekannt.

⁴⁾ Iacopo Venier da Recanati, Eb. von Ragusa; damals als päpstlicher Legat Befehlshaber der Kreuzzugsflotte; vgl. Setton, Papacy II 139; Weber, Lutter contre les turcs 155 (mit Lit.). S. auch u. Nr. 3952 Anm. 1.

⁵⁾ Zu diesem Haus des NvK in Rom s.o. Nr. 3622 Z. 23.

⁶⁾ Kard. Juan Carvajal.